UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

cedit, quando in literis dictum eſſet cum ſalario ſolito ſimpliciter, non autem cum ſalario conſueto: & ita propriè loquitur d.l.mela, quem tex.Bal.pro ſe allegat, & dictum doctoris ſemper debet intelligi, & reſtringi ſecundum legem, quam allegat ad tradita per Bar.in l.non ſolum, §.liberationis, ff.de liber.lega. In caſu aũt noſtro dr̃ in literis cum emolumentis, ſeu ſalarijs ſolitis, & conſuetis, ergo debet intelligi de ijs, quæ longo tempore fuerunt præſtita, & nõ de ijs, quę ultimo tempore per duos annos, uel circa

17 data fuerunt. Pręterea † text.in d.l.mela, §.1.non uidetur probare, ꝙ id dicatur ſolitũ eſſe, quod una, ſeu ultima uice factum fuit, nam ibi teſtator reliquit alimenta per hęc uerba, alimenta, quæ uiuus pręſtabam, relinquo, & ſic non fuit uſus his, uel ſimilibus uerbis, alimenta ſolita: Et dicitur ibi, ꝙ debentur illa, quæ ſolitus erat pręſtare, tempore mortis, quæ uerba potius innuunt intelligi de iis, quæ perpetuo ſolitus erat præſtare, quàm quæ ad tempus, nam uerba ſolent, ſeu ſolita ſunt denotant perpetuitatẽ, & non temporalitatẽ l.qui ſaltum, & ibi Bart. ff. de legatis 3. Inducendo ergo tex.in dicta l.mela, §.1.ad propoſitum qõnis noſtræ ſolum probabit, ꝙ ſi ſimpliciter fuiſſet promiſſum ſalarium, in dubio deberet intelligi de eo, quod ultimo loco ſolitum fuiſſet præſtari, & ſic ultimo tempore fuiſſet præſtitum, & perpetuo, & ſic per longum tempus, d.l.qui ſaltum, uel, ut dicit Bar.in d.§.1. Et hic non eſt caſus noſter, quia non fuit promiſſum ſalarium, ſeu emolumentum ſimpliciter. Quare dicendum eſt, aut id, quod dixit Bal.in d.l.binos, debere intelligi, uel, ut primo loco dictum fuit, uel quando literæ dicebant cum ſalario ſolito, uel quando ſimpliciter mentionem faciebant de ſalario, & emolumento abſq; dictione ſolito, uel conſueto per prædicta, aut Baldum non rectè fuiſſe loquutum per ea, quæ ſupra dicta ſunt, & quæ uoluit Bart. in d.l. mela, §.1.& in d.l.1. C.quomodo, & quando iud.iuncta d.l.qui ſaltum. Et ita iuris eſſe arbitror. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Collegia artificum ciuitatum recepta, et approbata poſſunt inter eos abſque confirmatione, & licentia alicuius ſuperioris ſtatuta in concernentibus artificium ſuum facere:*

2 *Et quando ſtatuta huiuſmodi confirmationẽ ſuperioris requirãt.*

3 *Statuta collegiorum artificum ſunt inter ipſos ſeruanda non ſolum coràm ſuo maſſario, & iudice, ſed etiam in alijs curijs.*

4 *Statutum alicuius uniuerſitatis augens uolentibus illam uniuerſitatem ingredi quantitatem pecuniæ ſolui ſolitam tanquam ambitioſum, & monopolium continens non ualet, nec ſeruandum eſt;*

5 *Maximè ſi loquatur negatiuè, & prohibitiuè,*

Et quando hæc procedant nu.11.

6 *Statutum à ſuperiore editum nec ambitioſum, nec monopolium continere dici poteſt.*

7 *Filius magnatis natus ante, quàm pater ſuus eſſet effectus de magnatibus, non dicitur filius magnatis, ut gaudeat beneficio conceſſo filijs magnatum, ſed illo gaudent filij poſtea nati:*

8 *Idem de filijs regis, presbyteri, & ſenatoris.*

9 *Statuta, eorumq; uerba debent propriè à iure communi intelligi, & interpretari.*

10 *Declarans, & interpretans id, quod prius ſtatutum fuerat, nihil addit, nec de nouo inducit.*

EPITOME.

Statvtvm artificum alicuius uniuerſitatis loquens de filiis dictorum artificum intelligitur de natis, poſtquam eorum pater artifex de illa uniuerſitate fuit effectus, & non de natis ante.

Et ſtatutum poſtea per dictos artifices ſu
re factum, differentiam faciendo inter filio
tempore, quo eorum patres uniuerſitate
diuntur, & illos filios, qui poſt ingreſſum
rint, nihil de nouo diſponit, ſed prius ſtatu
clarat, & interpretatur.

CONSILIVM CLVIII.

Raesvpponendvm eſt in cauſa
1 nunc agitur, ꝙ † collegia artificum
tum, quæ ſunt recepta, & approba
ſunt abſque alicuius ſuperioris co
tione, & licentia inter eos, ac in concernenti
tificium ſuum ſtatuta facere, quibus ipſi liga
modo ſtatuta huiuſmodi poteſtatem ſuperio
liusq; iuriſdictionem non tangant l.fi. C.de
omnium iudicum, & C.de conſtitu. pecu.
ctoritate legis, & iuris cõis cõfirmata cenſe
expreſsè declarat Salic. poſt gloſam in dicta
2 opinionẽ hanc eſſe cõem atteſtatur: † conf
nem aũt requirerent, quandocunq; ligare
nes alterius profeſſionis, aut aliter ius ſupe
gerent, & hoc modo intelligatur id, quo
Bal.in d.l.fi.C.de iuriſd.omnium iudicum,
ſe uoluit expreſsè in d.l.fi.C.de conſtit.pec
declarat Salicet.cum quibus concordat Pa
in l.ius priuatorum, & aliqualiter in l.fi. C.
dictio omnium iudic. & hoc dicit eſſe de m
di in d.l.fi.C.de conſtit.pecu.ubi in 2.col
bili inquit, mercatores, & alios artifice
poſſe inter ſe ſtatuta facere, quia dicuntur
confirmata, & aliter confirmatione ſuperi
legis municipalis non indigent, ut in dicta
auth.de fideiuſſorib. in fi. ubi caſus, & hi d
ſunt ad hoc multum notabiles ſecundum B
3 ſubdit † inter ipſos artifices ſtatuta eorum
eſſe nõ ſolũ coràm ſuo maſſario uniuerſitat
in alijs curijs, & Ale.ibi in apoſt. plura alleg
approbat. Ex quibus infertur, ꝙ ſtatuta bren
quæ ſunt in viridi obſeruantia, & eorũ uſu
valent, ex quo eorum collegium ſemel, &
cum illorum ſtatutis fuit receptum, & appro
à ſuperiore legati uice fungente, cui de iure
poteſtatis legationis permiſſum eſt facere
perpetua omnes de legatione ligantia c.fi.de
gati, & c.1. extra de locat.quoniam propter
mationem, & approbationem à legato fact
illa cenſentur ſtatuta legati iuxta l.1.§.oia.
C.de ueter. iure enuclean. & habetur in c.1.
cõfirmatione vtili, vel inutili, & præſertim
Reuerendiſſimus legati de latere vices age
no 1482.de menſe decembris per modum
ſtatuti ſtatuit, & ordinauit ea, quę Brenta
ſtatutis obſeruant, & inter alia, ꝙ volentes
legio aggregari debeant per ſcrutinium fa
maſſarium, & homines dictæ vniuerſitatis
albas, & nigras recipi, & approbari, & ſi ciue
ſoluere teneantur libras quadragintaquinq
ptis filijs brentatorũ, vt in literis authẽticis
tatoribus à dicto Reuerend. conceſſis con
¶ His ita ſe habentibus, difficultas nũc ori
quadam ordinatione, ſeu ſtatuto facto inter
rium, & homines prędictę ſocietatis, ꝙ ſi co
ret de cætero aliquem dictam ſocietatem
ingredi, & tempore ingreſſus filios iam na
ret, illi ſub nomine patris ſocietatem ingr
poſſint, niſi tanquam extranei libras qua
quinque ſoluerint, filij autem naſcituri p
ingreſſum libras ſex tantũ pro quolibet

beant, ut de tali ſtatuto habetur in libro partitorum
dictæ ſocietatis vtrum ſtatutum hoc valeat: Et non
valere primo aſpectu dicendum vr̃, quia† ſtatutum,
4 per quod quantitas pecuniæ ſolui ſolita augetur vo-
lentibus ingredi vniuerſitatem ſtatuẽtium, tanquã
ambitioſum, & monopolium continens non valet,
nec ſeruandũ eſt, vt vr̃ optimè concludere Sali. poſt
Bal. in d. l. fi. circa fi. C. de iuriſd. om. iudi. per l. ambi-
tioſa, ff. de decr. ab ord. facien. & in l. unica, C. de mo
nopol. Secundo dicit Romanus in ſuo ſing. 344. in-
cip. nunc habeo conſulere, ſtatutũ tale non valere
per not. à Bal. in c. 1. §. conuenticulas, & §. 1. de pace
tenen. in uſu feudo. nam dr̃ iniquũ, & ideò non ua-
let, ut ibi Bal. & in l. collegiũ, C. de hære. inſti. & in l.
unica, C. de monopol. & Bar. in l. ſub prętextu, ibiq́;
5 Alex. ff. de colleg. illic. & † Arch. in c. ſiquis deſpicit
72. diſt. inquit ſtatutũ non ualere, ſi loquatur negati
uè, & prohibitiuè, ſi uerò affirmatiuè, & permiſſiuè,
ſecus per tex. in c. ad apoſtolicam de ſimo. qui bene
probat: at ordinatio prędicta collegij Brentatorũ lo
quitur negatiuè, & prohibitiuè, ut in dicto partito
continetur, igitur, &c. ¶ Sed his non obſtantibus,
ſed in caſu, de quo agitur, uerius eſſe puto, præſup-
ponendo, ꝙ pro ingreſſu dicti collegij extranei, &
filij, qui non ſunt filij Brentatorũ, tenentur ſoluere
libras quadragintaquinq;, filij uerò Brentatorum li
bras ſex, & hoc ſtatutum non ſolum fuit editũ à col
legio Brentatorũ, ſed ẽt fuit editum, approbatũ, &
cõfirmatũ à ſuperiore, hoc eſt à Legato, ſeu eius ui-
celegato, qui ſtatuẽdi in prouincia poteſtatẽ habet,
ut ſupra dixi, ueluti ex literis dicto collegio conceſ
ſis colligitur, quibus expreſsè cautũ fuit, ꝙ quicũq;
uelit dictũ collegiũ intrare, teneatur ſoluere libras
quadragintaquinque, exceptis filijs Brẽtatorũ: Quo
6 fit, † ut ſtatutũ prędictum dici nequeat ambitioſum,
nec monopoliũ continere, arg. l. dicti c. fi. de off. le-
gati, & corũ, quę habentur in d. l. unica, & per Bal. &
alios in locis allegatis: & ſtatutum ſic diſponens ſer-
uandũ eſt, nec aliud eſt cautũ per ordinationem prę
dictam, quæ in dicto libro partitorũ hr̃, & ideò pro
declaratione dicti ſtatuti prouidentis, ꝙ quicunq;
teneatur ſoluere libras quadragintaquinque; uiden-
dum eſt, qui dicantur filii Brentatorũ, qui hoc priui-
legio ſoluendi minus, quam cæteri ciues, gaudere
debeant; & de iure loquendo filij Brentatorũ dicun
tur eſſe illi, q nati fuerunt, poſtquam eorũ parentes
Brentatores fuerunt in dicto collegio creati, & ele-
cti, nati n. prius non dicũtur, nec cenſentur filii Brẽ
tatorũ, quo ad effectũ ut ipſi poſſint illo priuilegio
filiis Brentatorũ cõceſſo gaudere, ſicut in ſimili dr̃,
7 q† filius natus ante, quã pater ſuus eſſet de magnati
bus, non dr̃ de magnatibus, nec beneficio filiis ma-
gnatũ conceſſo gaudet, ſed illo gaudent filii nati,
poſtquã eorũ pater effectus fuit de magnatibus, ut
expreſsè uoluit Bal. in l. in ſuis, ff. de liber. & poſth. &
doct. in l. imperialis, §. his illud C. de ſecun. nup. per
tex. & gl. ibi, & Alex. in l. q ad tp̃s de decurion. dicũt,
8 q† filius natus ante, quã eius pater eſſet Rex, non dr̃
eſſe filius Regis quo ad effectũ, ut gaudeat benefi-
cio, quo filii Regũ gaudent, & propterea ipſe nõ po
teſt in regno ſuccedere, ſed ſolũ ille, qui natus fuit,
poſtquam pater eius Rex creatus, & electus fuit, nec
filius presbiteri, qui natus eſt ante, quam pater eſſet
presbiter, ut ẽt innuit Bar. in l. cum ſatis, C. de agric.
& cenſi. li. 11. & ibi Alex. in additio. infert ad ſtatuta
aliquorum artificum, uel ſimilium, & Bald. in d. l.
imperialis, & in d. l. in ſuis inquit, filiũ natũ ante co-
ronationẽ patris in regno non ſuccedere tanquã fi-
lium Regis, quia priuilegio filiis Regũ cõceſſo non
gaudet, & eſt tex. in l. ſi ſenator, C. dignit. li. 11. ꝙ fi-
lius natus ante, quam pater eſſet ſenator, filius ſena-
toris non dr̃, nec gaudet priuilegio filijs ſenatorum
conceſſo, per quem tex. Bar. ibi dicit filiũ natum an
te, quã pater eſſet Rex, non dici filium Regis: nec ad
uerſatur, l. ſenatoris, ff. de ſenatoribus, quia ſm̃ Bar.
in d. l. ſi ſenator loquitur de eo, qui natus fuit tẽpo-
re, quo pater erat ſenator, uel conceptus ante, & po
ſtea dignitatis tẽpore natus, ſecus, ſi ante dignitatẽ
patris filius eſſet cõceptus, & natus, nã tunc ꝓcedat,
in d. l ſenator. ¶ Stante ergo ordinatiõe, uel ſtatuto
præfati Reuerendiſs. Legati, quo filij Brẽtatorũ exci
piũtur, ꝑfectò debet intelligi, prout de iure eſt intel
ligẽdum, de filiis natis, poſtquam eorũ parẽtes Brẽ-
tatores creatis, & electi fuerũt, ut illi ſolũ libras ſex,
& nõ quadragintaquinq; ſoluere teneãtur, qm̃ hi ꝓ-
priè, & uerè dicũtur tales, hoc ẽ filii Brẽtatorũ, ut ſu-
pra, nõ aũt debet intelligi de illis filiis, qui nati fue-
rũt ante, quã eorum patres eſſent Brẽtatores, qa nõ
dicũtur filii Brẽtatorũ quo ad hoc, ut gaudeãt bene
9 ficio filiis Brẽtatorum cõceſſo per prædicta, & † ſta-
tuta, corumq́; uerba debẽt ꝓpriè à iure cõi intelligi,
& interpretari, c. in noſtra de iniur. & dam. datis, l. 3.
§. hęc uerba, ff. de nego. geſtis, & l. quicquid aſtringẽ
dæ, ibiq́; Bart. ff. de uerb. oblig. Prouiſio igitur, & or
dinatio noua poſita in libro partitorum, de qua ſu-
pra, in qua fit differentia inter filios natus tempore,
quo eorũ patres dictam ſocietatem ingrediũtur, &
illos filios, q poſt ingreſſum paternũ nati fuerint, ni-
hil de nouo diſponere dicitur, ſed illud ſolum, quod
prius erat diſpoſitũ, & ordinatũ tàm à ſtatutis ipſo-
rũ antiquis, q̃ à dicto Reuerendiſs. Legato, declarat,
& interpretatur, ut ex prædictis colligitur, & propte
rea partitũ illud nõ debet dici nouũ ſtatutũ facere,
10 nec aliquid de nouo inducere, quia † is, qui declarat,
& interpretatur illud, quod prius fuerat ordinatũ, ni
hil addit, nec de nouo inducit, l hæredes palã, §. ſed
quid ſi poſt, ff. de teſta. & ibi gl. quæ multa iura ſimi-
lia allegat. Ex quibus infertur, ꝙ illa ordinatio non
dicitur ambitioſa, nec monopoliũ cõtinere, nec ad
inuidiam inductã, tum quia cõuenit ſtatutis æditis,
& cõfirmatis à ſuperiore ſtatuta faciẽdi, & ſubditos
ligandi poteſtatem habẽte, ut dictũ fuit, tum etiam
11 quia † allegata ſupra incontrarium procedunt, quã-
do ipſi de collegio ſoli uellent augendo ſolutionem
pecuniarum pro ingreſſu ſtatuere in odium, & gra-
uamen uolentium in futurum ingredi ſocietatem,
quoniã tale ſtatutum nõ ualeret, c. cũ oẽs, de conſti.
& habetur per Bal. & Salice. in d. l. fi. & per Roma. in
d. ſingu. 344. ſecus ſi tale ſtatutum eſſet à ſuperiore
cõfirmatum, & ab eo tanquam nouiter ſtatutũ, quia
tunc ualeret, quoniam cẽſeretur potius eſſe ſtatutũ
ſuperioris. q̃ collegii, ut eſt de mente doct. commu-
niter dd. ll. fi. C. de iuriſdi. om. iudi. & C. de conſtitu.
pecun. Pręterea ſtatutũ, per quod aliquid pro ingreſ
ſu augetur, ſi loquatur per uerba affirmatiua, ualet,
ſecus ſi per uerba negatiua, & ꝓhibitiua ad tradita ꝑ
Arch. in d. c. ſi quis deſpicit, ſed ſtatuta dicti collegii
loquũtur ꝑ uerba affirmatiua, ergo &c. ¶ Nec prędi
ctis aduerſatur cõcluſio ſtatutorum ciuitatis Bono-
niæ, in qua cautum eſt ſtatuta artium nõ ualere, niſi
fuerint legitimè confirmata, & approbata, qa reſpõ
detur, ꝙ ſtatuta facta inter homines alicuius uniuer
ſitatis circa cõcernẽtia artem ſuam, & ſe ipſos dicun
tur legitimè, hoc eſt à lege, & à iure cõi confirmata,
d. l. fi. C. de iuriſdict. omniũ iudicum, & C. de cõſtit.
pecun. ibique expreſsè Bal. Sali. & alii. Secũdo dico
ſtatuta Brẽtatorũ maximè in caſu, de quo quęritur,
fuiſſe à ſuperiore cõfirmata, & approbata, ut ſupra.
¶ Nõ aduerſatur etiam illud, quod aſſertur fuiſſe per
Sanctiſs. do. Clemẽtem ſeptimum, & Paulũ tertium
ordinatum

ordinatum, ꝙ ſtatuta artium, quæ in poſterū fierent, non valeant, niſi fuerint à ſuperioribus confirmata, quia reſpōdetur primo ſtatuta brentatorū maximè in caſu noſtro fuiſſe à ſuperiore poteſtatem habēte confirmata. Secundo dico ordinationem prædictā intelligi de ſtatutis factis poſtea, & non antea, cum legem futuris, & non præteritis imponat c. fi. de conſtit. & iō dicta ordinatio non extenditur ad ſtatuta brentatorū prius facta, quæ à lege confirmata dicūtur, ut ſupra, & minus ad ſtatuta, de quibus in literis dicti Reuerendiſſ. Legati, in quibus inter alia illud quoq; ſtatutum, & cautū reperitur, ꝙ de cætero quicunque voluerit in dicta ſocietate poni, & deſcribi, non poſſit in ea poni, neq; aggregari, niſi primo fuerit legitimè ſcrutiniatus, & ad fabas albas, & nigras ꝑ maiorē partē fabarū obtinuerit, quod ſtatutū tanquā ualidū, & auctoritate Legati roboratū in aggregationibus quorumcunq; volentium dictam ſocietatem ingredi ſeruandum eſt, cum ſit in viridi obſeruantia, nec illi fuerit derogatum. Et hęc pro informatione præſentis cauſæ ſufficiant. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Prouiſio inferens pręiudicium iuri acquiſito ex re iudicata eſt exorbitans, odioſa, & contra regulas iuris, & propriè in caſu ſuo intelligenda; nec ad diſſimilem extendenda nu. 5.*

2 *Lex, ſtatutum, aut diſpoſitio maximè à regulis iuris exorbitans aliquid diſponens, præſuppoſita certa qualitate, locum non habet, niſi qualitas illa concurrat.*

3 *Statutum, in quo quis ſe fundat, locum non habet, nec prodeſt, niſi qualitates omnes ſtatuti concurrant, & verificentur.*

4 *Qualitas reſtringit ſubiectum.*

EPITOME.

Provisio, ꝙ notarij infra tres menſes depoſito ſuo officio, vel à die latæ ſententiæ teneantur, & debeāt in publica forma ſententias, & alia acta deſcribere, & apud camerā ponere, alias careant uiribus, & effectu, & nullius ſint momenti, locum habet in ſententijs deſcriptis, & rogatis à notarijs, quorum officium certo tempore finiretur, & non ab ijs, qui officium ad vitam, & perpetuo haberent.

CONSILIVM CLIX.

Qvaestio eſt in præſenti cā, quib. in ſententijs locum habeat prouiſio quædam, qua cauetur, ut notarij infra tres menſes depoſito ſuo officio, vel à die latæ ſententiæ teneātur, & debeant in publica forma ſentētias, & alia acta deſcribere, authenticare, & apud camerā ponere, alioquin careāt viribus, & effectu, nulliusq́; ſint momenti? dixi concludendū eſſe, eā dūtaxat habere locū in ijs ſententijs, quę ab ijs notarijs actorū deſcriptæ reperirentur, quorū officiū certo tp̄e finiretur, nō aūt in ſententijs deſcriptis, & de quibus rogati eſſent notarij, qui officiū ad vitā, & ſic perpetuo haberent, ueluti ſunt notarij actorū palatij, & curiæ Reuerend. do. Legati, ſeu Gubernatoris Bononiæ, vt ex verbis dictę prouiſionis inferri pōt: nā ex quo
1 † prouiſio hęc eſt exorbitans, & odioſa, quia per eā infertur pręiudiciū illi, cui ex re iudicata ius fuit acquiſitū, & actio; atque eſt ꝯ iuris regulas, quæ uolūt, rē iudicatam facere ius inter partes, c. quod ad conſultationē, & c. cum inter de re iud. cum ibi not. & ꝑ totum, C. de re iud. l. fi. C. ſenten. reſcin. non poſſe, l. 1. ff. de re iud. cū ſimilibus, idcirco debet propriè intelligi in caſu, in quo loquitur, & præſuppoſitis ter-
2 minis, ac qualitatibus ſuis: † quando. n. lex, uel ſtatutum, aut alia diſpoſitio maximè à regulis iuris exorbitās aliquid diſponit, pręſuppoſita certa qu[alitate],
locum non habet, niſi qualitas illa concurra[t]
ſupponunt Abb. & reliqui in c. cum veniſſen[t]
di. & hoc clarius voluit Bar. in l. 1. in princ. &
prætor per illum text. ff. ne quid in loco pu[blico]
And. in c. 1. de homic. in 6. Alex. in cōſi. 224. li[b.]
3 1. Soz. in conſi. 57. lib. 3. in 7. col. ubi inquit, q
dans ſe in aliquo ſtatuto probare debet, q
qualitates ſtatuti concurrant, & verificentur,
quin ſtatutum non prodeſt, nec locum habet
4 per eum, qui plura allegat; nam, † vt ait Ga[l]
dar. in conſi. mihi nu. 56. qualitas reſtringit ſu[biectum]
l. ea tamen, l. hoc legatum, ff. de lega. 3. c. co[m]
mus, 14. q. 6. c. ſuſceptum de reſcrip. in 6. c. q
& c. cui non de præb. eod. lib. Sed dicta prou[iſio lo]
quitur de notarijs, quorum officium eſt ad te[mpus,]
vt depoſito ſuo officio, uel à die latę ſententi[æ infra]
tres menſes teneantur, & debeant in publica [forma]
&c. ergo locum non pōt ſibi uendicare in no[tarijs,]
qui officium ad uitam, ac perpetuum habea[nt, quibus]
uerba prouiſionis non conueniunt, & cui u[erba non]
conueniunt, nec eius diſpoſitio Bal. in l. 1. C.
quis omiſſ. cau. teſt. l. ſi ſeruum. §. non dixit p[r]
de acq. hær. cum ſimil. Præterea cum dicta p[rouiſio]
ſit odioſa, & exorbitans, ut ſupra, non debe[t ad]
caſum diſſimilem, & diuerſitatis rationem h[abentem]
extendi c. quę à iure de regulis iuris in 6. l. fi
de uiro, ff. ſol. matr. cum aliis: ſed alia ratio [eſt]
in notarijs ad tempus, quorū officium finin[...]
ni dr̄, ut ſunt notarij actorum, qui ad officiū [eli]
guntur, & alia rō eſt in notarijs, qui non ad t[empus]
eliguntur, ſed ad eorum uitā ex priuilegio ſ[...]
ris conſtituuntur; qm̄ primi tenentur ſente[ntias, &]
alia acta in publica forma apud cameram p[onere,]
ne finito eorū officio actorū, & ſententiaru[m memo]
ria perdatur, prout facilè euenire poſſet, u[t]
pſum longiſſimi tēporis uериſimiliter ignora[ri,]
q fuiſſent illi notarij, qui tēpore latæ ſententi[æ]
ad officiū actorū deputati, cum quolibet ann[o ele]
ctio, & mutatio nouorum notariorū fieri con[ſue]
rit: quæ rō ceſſat in notarijs, quorum officiu[m eſt]
ad eorum vitam perpetuum, & duraturum: u[t e]
uidenter apparet, ꝙ prouiſio prædicta ſolum i[n no]
tarijs, qui temporale officium, & non perpe[tuum]
habent, locum ſibi uendicat. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Promittens factum alienum cum iuramento, & pœna [...] faciendo quicquid potuit pœnam, & periurium euitat.*

2 *Promittens aliquid infra certum tempus facere ſub con[ditione] aliquid aliud per partem aduerſam faciendi, non co[nſtituitur] in mora ante illius conditionis implementum.*

3 *Nec contra promittentem actio competit, niſi prius age[ns ad] implendum pro parte ſua impleuerit, vel ſe adimple[re para]tum obtulerit.*

4 *Verba cum hoc important conditionem ante factum al[...] implendam.*

5 *Mora vltima nocet.*

6 *Promittens factum alienum abſque interpellatione tene[tur] ad quid.*

7 *Et quando etiam interpellatio requiratur.*

8 *Dies quòd interpellet pro homine quādo ſit uerū, et quā[...]*

9 *Interpellatio requiritur, quādo aliquid ad alicuius tem[...] tē eſt faciendum, nec obligatus facere tenetur offerre [...]*

10 *De præterito in præſens non præſumitur in ijs, quę tempo[re va]riantur.*

12 *Fideiuſſores non eſt uerifimile uoluiſſe ſe durius, & [...] quam principales, obligare.*

13 *Impubes, etiam ſi ſit filius, in obſidem dari non poteſt.*

14 *Dare liberum hominem, ac etiam proprium filium [...] ſuo conſenſu in obſidem eſt à iure reprobatum, & p[...]*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN